

Johann Affelmann

## Programma Disputationi Solemni

Rostochii: Ferberus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737574720>

Druck Freier  Zugang



J. Affelmann.  
R. U. theol. 1679.



# Programma

DISPUTATIONI SOLEMNI,

*Quam*

REVERENDVS ET CLARISSIMVS VIR,

M. JOHANNES TARNO,

VIUS, Sacræ Theologiæ Professor &  
Candidatus,

*Pro supremo in Theologia honoris gradu conse-  
quendo proponit, pro more*

*adjunctum & publicatum*

D E C A N O


JOHANNE AFFELMANNO.



R O S T O C H I J

*Typis excrispsit Augustinus Ferberus, Anno 1619*





**Q**uantoperè opus sit ordo & gradu-  
um diversitas cum in omni homi-  
num cœtu ac societate pariter vi-  
ventium, tum maxime in Ecclesia  
Christi, divina sapientia multis mo-  
dis nobis demonstravit; partim  
naturalis ac civilis corporis analogicâ similitudine in  
scripturis sacris tam saepe usurpatâ, partim perfectissi-  
mae communionis illius commendatione, quæ inter  
sanctos & veros Dei cultores, omnibus & locis &  
temporibus, ab ipsa mundi origine, arctissima interces-  
sit. Et tamen Anabaptistarum quorundam furor eo-  
usq; progressus est, ut nulla virtutis dignitatis ve ra-  
tione habitâ, non solum opum ac facultatum commu-  
nionem, sed etiam graduum, personarum, vè Zenonicâ  
aut verius Cyclopicam quandam confusionem intro-  
ducere non exhorruerint. Cum enim in spirituali re-  
gno, & iis, quæ salutem æternam à peccatis concernunt,  
nulla sit *δεσπολυψία* apud Deum Act. 10. v. 34, ac,  
Apostolo teste, non sit Judæus, nec Græcus, nec ser-  
vus, nec liber, nec masculus, nec fœmina, sed omnes  
nos simus unum in Christo Jesu 1. Cor. 3. v. 28, di-  
stinctionem graduum etiam in hoc temporali  
regno penitus sublata esse voluerunt. His se

A 2

adjun-

adjuugebat secta Calviniana superiori seculo auctor  
Ἐϰϰῆϰῆ, Doctor Andreas Bodenstein Carolsta-  
dius, homo, ut Melanchthon judicabat, ferus Ἐϰϰῆ  
ingenio, Wittenbergæ Archipresbyter, qui ut jus ci-  
vile Romanum ex Rebus publicis Christianis, prorsus  
exterminandum Ἐϰϰῆ juxta leges Mosaicas in civili-  
bus Ἀϰϰῆ πῆϰῆς pronunciandum esse opinabatur: ita ha-  
bitu sacerdotali deposito, Ἐϰϰῆ rustici vestitu assumpto, li-  
gna in urbem advehebat, nec amplius Doctor, sed fra-  
ter Andreas & vicinus saluari volebat, ut videre  
est apud Lutherum tom. 3. Jenens. part. 1. contra  
cœlestes Prophetas. Asseda Carolstadii Thomas  
Monetarius, seditionis rusticorum, anno Christi 1525  
excitata fax Ἐϰϰῆ tuba, Illustribus ac Generosissimis  
Comitibus Mansfeldicis, Dnm. Alberto & Ernesto  
in literis ad eosdem scriptis, debitum honoris, dignita-  
tis ac conditionis titulum non solum non tribuit, sed  
ceu æquales ac fratres suos (Bruder Ernst / Bruder  
Ulbrecht /) sermone in singulari numero formato sa-  
luta vit, adeoq; omnes dignitatis Ἐϰϰῆ honoris titulos,  
quantum quidem potuit, referente Lutero tom. 3.  
Jen. abroga vit, extirpa vit, profliga vit. Quo loco  
igitur dignitatem Doctoralem habuerint, facile qui-  
vis, qui non obasa naris est, colligere potest. Audi  
tamen, si placet, loco omnium, è Calvinistica cathedra  
differentem Rodolphum Gualtherum in 21. cap. Joh.  
fol.

fol. 407. 408. Paulus, inquit ille, quem Christus electum organum dixerat, servum Jesu Christi se nominare solet. Confer cum ista modestia illorum insolentiam atq; fastum, qui titulos magnificos prece & precio redimunt, ut apud rude vulgus sese venditent: Et facile videbis, quo spiritu isti agantur. Sunt hi Judæorum similes, quos graviter accusat Christus, quod Magistri & Doctores dici vellent, Matth. 23. v. 9. 10. Excusant quidem sese publica & à multis seculis recepta consuetudine, & ipsi inde Ministerio aliquam dignitatem accedere ajunt. Atqui nulla consuetudo Christi præcepto præjudicare debet, qui, nequid hujusmodi fiat, graviter monuit. Et quid de illis dicemus, qui ubi Ecclesiæ jam multis annis servierunt, sub extremam senectam ad Scholas redeunt, ut ibi Doctores creentur, & inde majore cum fastu ad Ecclesiam revertantur, cui humilitatis & modestiæ exemplum debebant præbere? Sunt hac indigna Christi ministris, quibus legitima vocatio & publicum Ecclesiæ testimonium sufficere debet, cum his Apostoli olim contenti fuerint. Hactenus ille. Cujus & socienorum furori non solum recta ratio, quæ Augusto Casari decretum dictabat, ne quis nisi Principis auctoritate accedente, & publico in gymnasiis examine interveniente, de jure respondendi sibi facultatem usurparet, sed & ipsa adversatur

A 3

Scriptu-



Scriptura. Nam, quæ Ecclesiasticam Hierarchiam,  
ipse Deus non solum in U. T. Pontificem seu sum-  
mum sacerdotem, inferiores sacerdotes & Levitas;  
sed etiam in N. diversos ac distinctos gradus & ordi-  
nes esse voluit: διακόνους γὰρ διακονούντες 1. Cor. 12. v. 5:  
Deus dedit Ecclesiæ suæ alios quidem Apostolos, alios  
verò Prophetas: alios autem Euangelistas: alios au-  
tem Pastores & Doctores Eph. 4. v. 11. alios verò  
Episcopos: alios verò ἄγγελοι 1. Tim. 3. v. 2. & 8.  
imò licet eadem beatitudo in altera vita omnibus ele-  
ctis sit destinata, diversi tamen gradus erunt, praci-  
pue eorum, qui multos ad justitiam erudierunt: hi e-  
nim fulgebunt quasi splendor firmamenti, & veluti  
stellæ in perpetuas æternitates Dan 12. v. 3. Ut enim  
alius decor solis alius lunæ & alius stellarum: ita erit  
& resurrectio mortuorum 1. Cor. 15. v. 41, 42.  
Quin Cyclopica sententia isti Patroni ipsi æquitati & justitiæ,  
quæ suum cuiq; tribuendū esse scitè monet, bellū indicunt. Ve-  
teres illos Romanos aspiciat: qui Honori & Virtuti tem-  
pla dedicarunt singula, non alterum in Capitolino, alterum  
in Aventino monte: sed in una regione, unoq; in loco ita con-  
tigua, ut pariete solo disternerentur: eâ tamen archite-  
ctandi ratione, ut fores illius, quod Honoris erat proprium,  
nemini paterent: nisi antè virtutis fanum transisset. Signi-  
ficare nempe voluerunt homines sapientissimi, devincta hæc  
duo ita inter se esse, ut alterū ab altero jure divelli nequeat,  
& tamen, nisi qui virtuti ante litavit, ad honorem admittendū  
esse neminem. Quorum judicium non abluat ab illo, quod  
sacrum

facram & sacrorum est. Et certè si aliorum fanaticorum,  
quos diximus, consultis morem gerere, ac insanientem eorum  
insaniam nostro calculo approbare deberemus, viri vir-  
tute & eruditione præcellentes, debito suo honore ac Re-  
verentia defraudarentur: alijs etiam turpe otium ac rudem insci-  
tiam amandi, occasio præberetur, si eruditiores veris laudi-  
bus & elogijs non exornarentur. Ut taceam alia, quis, debita  
ac decète honorũ collatione, ipsi officio, cui Doctores præsunt, au-  
toritatem non parvam conciliari diffitebitur? Neq; verò  
Christi his dictum adversatur Matt. 23. Nam, sensus esse potest,  
quod Patris vox adjuncta docet, triplex: Scilicet: 1. Nolite  
vocari Magister vel Doctor, tanquam primarius & unus ille,  
qui Kueios est natura non indulgentia, juxta Hieronym. 2. vel  
nolite vocari ob solã ambitionẽ, juxta Theoph. 3. vel nolite vo-  
cari ita simpliciter, & absq; exceptione superioris, sive com-  
paratè, nolite vocari Doctores aut Patres præ Deo, juxta  
alios. Non possumus igitur non summopere probare, quod su-  
perioribus diebus Reverendus & Clarissimus vir Dn. M. JO-  
HANNES FARNOVIVS SS. Th. Professor, collega  
noster dilectus & colendus modestè reverenterq; honores in Fa-  
cultate nostra Theologica summos, quos doctoreos vocant, sibi  
cõferri petiit. Meruit hoc ipsius virtus, meruit, quam professoriã  
linguã, per annos cõplures, huic Academiã probavit, Theo-  
logica, eaq; insignis, eruditio. Caterum cum, pro more in Aca-  
demia hac recepto, feria sexta, die sequenti veneris, qui erit 9.  
Aprilis, pro summo in Theologia honoris gradu consequendo,  
disputationem publicam de PERSEVERANTIA SAN-  
CTORUM, materiã certè arduã, gravissimã, & miserè à Cal-  
vinianis divexatã, exhibiturus sit: rogamus Reverendos, Am-  
plissimos & Clarissimos Dnos collegas, & reliquos Doctores,  
verbi Dei ministros, Magistros, & Nobilissimos Doctissimosq;  
juvenesq;

juvenes, ut non solum ad hanc disputationis solemnitatē au-  
ditū & spectatum frequentius conveniant, sed & pro sua quisq;  
conditione, quantum ratio temporis patitur, doctè & placidè  
in Reverendi Domini candidati theses inquirent. Nos vicif-  
sim, universis ac singulis studia nostra & officia prolixè deferi-  
mus. P. P. Rostochii sub facultatis Theologicæ si-  
gillo, Anno Epochæ Christianæ 1619. ad d. 4.  
April.







sacrum & sacrorum est. Et certè si aliorum  
 quos diximus, consulti morem gerere, ac in sa-  
 insaniam nostro calculo approbare debere  
 tute & eruditione præcellentes, debito suo ho-  
 defraudarentur: aliis etiam turpe otium a-  
 tiam amandi, occasio præberetur, si eruditio-  
 bus & elogiis non exornarentur. Ut taceam a-  
 ac decete honorum collatione, ipsi officio, cui Doct-  
 storitatem non parvam conciliari diffitebitur  
 Christi huius dictum adversatur Matt. 23. Nam,  
 quod Patris vox adjecta docet, triplex: Sci-  
 vocari Magister vel Doctor, tanquam primar-  
 qui. Quævis est natura non indulgentia, juxta  
 nolite vocari ob solam ambitionem, juxta Theoph-  
 cari ita simpliciter, & absque exceptione sup-  
 parate, nolite vocari Doctores aut Patres  
 alios. Non possumus igitur non summopere  
 prioribus diebus Reverendus & Clarissimus  
**HANNES TARNOVIUS SS. Th.**  
 noster dilectus & colendus modestè reverenter  
 cultate nostra Theologica summos, quos doct-  
 cõferri petiit. Meruit hoc ipsius virtus, merui-  
 riã linguã, per annos cõplures, huic Academi-  
 logica, eaq; insignis, eruditio. Caterum cum,  
 demia hac recepto, feria sexta, die sequenti  
 Aprilis, pro summo in Theologia honoris gra-  
 disputationem publicam de **PERSEVER-**  
**CTORUM**, materiã certè arduã, gravissimã  
 vinianis divexatã, exhibiturus sit: rogamus  
 plissimos & Clarissimos Dnos collegas, & re-  
 verbi Dei ministros, Magistros, & Nobilissi-

